

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Chiromantia

Aristoteles

[Ulm], 21. Juli 1490

De angulo trianguli transiens a linea vite et epatis

[urn:nbn:de:bsz:31-248621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248621)

Angulus autem trianguli transiens a linea vite et epatis terminantur tribus modis. Primo sic quando linea vite et epatis iungunt se in concavo manus quasi ex opposito illius spacij quod est inter indices et medium digitorum. Et tunc fit miseriam et captiuitatem animi et sollicitudinem circa cumulationem pecuniarum. Secundo si ille linea recte iunguntur ex opposito medietatis indicis tunc est subtilitatis vel utilitatis ingenij et bone dispositionis. Tertio quando distant predictae linee ab invicem et fecerit ipsum virum sibi placentem fatuum crudeliter vanos et inutiles sermones preferentem. Angulus causatus a linea vite et linea epatis stomachi quando est rectus et bene apparens fit bonitatem intellectus et virtutem talem naturaliter inclinans ad bonum. Et quando ille angulus est acutus fit auarus. Et si ibi non est angulus neque ibi coniunguntur linee predictae vanitatem et instabilitatem animi ostendit et in tali non est fides. Angulus causatus a linea capitis et a linea epatis quando est bene dispositus fit bonitatem intellectus et longitudinem vite. Si linea mensalis fuerit recta lata et continua fit bona dispositionem nature et vite virtutem in membris generatiuis. Et si elongatur ultra medietatem indicis signum est crudelitatis et magne iniuriae. Si in pulpa auricularis extra iuncturas apparuerit linea aliqua submersionem in aqua fit vel periculum. Et hoc in puericia scilicet in medio adolescentia. Si in medio in etate media. Si in indice in senectute. Si in pollice in senio. Si digiti boni et subtiles bonum ostendit ingenium et maxime in mechanicis artibus. Si qui stultitiam et stultum indicat et fuerit multum dispersi: paupertatem et miseriam ostendit. Si vngues fuerint lati subrubetes bonum sunt. Si vero breues malum sunt et discordia. Si puncta alba reperiuntur in vnguibus fit amicos et benedictioes. Sed si fuerint nigri inimicos persecutores et maledictiones significat. Si in unguibus quatuor digitorum de prope manuum non est nisi una linea morte subita fit.

Si vero plures longam significat egritudinem ⁊ cū hoc
 difficultatem mori. Nota de lineis que inueniuntur ꝑ
 lineam vite vbi iunguntur cū media figura ꝑ vel sic
Si virgule multe in eadem fuerint vel scinderint regio
 nes multas vidit vel visurus est ⁊ cetera. **M**ulier habēs
 grossos digitos ī extremitatibus est rudis ingenij. **S**imi
 liter et vir ꝛc.

